

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Exertationes philosophicae, ad varia phil. partium capita accomodatae -  
Ettenheim-Münste 105

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Exercitatio IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-110983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110983)

Derata, cons. Physice considerata et actuali, neg. ant. hinc enim est identificata.

Just. 2<sup>o</sup>. Esse irreceptum est intrinsece infinitum ac illimitatum. Ergo nisi omnis creatura habeat actum Existentiæ physice receptum in Essentiâ, habebit esse illimitatum, et consequenter p.

Resp. Dist. ant. Esse irreceptum et ab alio et in alio est intrinsece illimitatum, cons. Esse irreceptum in alio, receptum tamen ab alio est illimitatum, neg. ant. Nam esse receptum ab alio sufficienter limitatur per actionem sui productivam.

Just. 3<sup>o</sup>. Nuda creatura est actus purus. Ergo omnis creatura re verâ est composita ex Essentiâ et Existentiâ tanquam ex actu et potentia.

Resp. neg. cons. Nam creatura hoc ipso actus purus non est, quod non nisi dependenter à Deo existat, et proinde antequam existentiam receperit, in potentia ad existendum fuerit.

Exercitatio quarta.

Ad cap. 3. part. 1. Metaphysices n. 31.

An Subsistentia sit quadam positiva entitas natura addita, et realiter ab ipsâ distincta, neve?

Conclusio. Subsistentia seu personalitas non est quadam entitas natura addita et realiter ab ipsâ distincta. 72.

Prob. 1<sup>o</sup>. Subsistentia nomine nihil aliud intelligimus, quam ultimum Substantia complementum, quo Substantia sit sui juris, ac totum et integrum suarum functionum principium. atqui ejusmodi complementum nullam naturam seu Substantiam addit entitatem positivam, sed tantum incommunicabilitatem, ut ajunt. Ergo p.

Prob. 2<sup>o</sup>. Natura humana in Christo est perfecta, nec ullâ caret entitate naturali; nam, ut ait Apostolus Heb. 4. Christus factus est nobis per omnia similis absque peccato. Atqui factus in Christi naturâ humanâ personalitas seu Subsistentia propria. Ergo personalitas illa seu Subsistentia non est entitas aliqua natura seu Substantia Superaddita.

Confirm. Non aliunde adstruitur illa Superaddita entitas, quam ad explicationem mysterii Incarnationis Dominice. Atqui illud sufficienter explicari potest utrà additionem rei aliujus seu modi realis. Ergo p. Prob. 2<sup>um</sup>. Ideo namque natura humana in Christo propriam personalitatem non habet, non quod aliqua entitate careat, sed precise, quia alteri nobiliori naturæ, Divinæ hincet, conjuncta seu, ut ajunt, unita impeditur ne sit sui juris et principium totale ac integrum suarum actionum; prout tradunt SS. Patres, qui in explicatione hujus mysterii non carenti entitatis aliujus Superaddite, sed unionis hypostatice dumtaxat meminerunt; unde, si natura humana à Christo dimitteretur, statim sine ullius entitatis additione rationem persona esset habitura, sicut brachium v.g. à corpore abscisum sine ullius entitatis adjectione fit suppositum, et vicissim aqua gutta in fluvium immissa absque ullâ entitatis jacturâ desinit esse totum seu suppositum. Ergo p.

Solvuntur Objectiones.

Ob. 1<sup>o</sup>. Verbum Divinum secundum SS. Patres assumpsit naturam humanam et commisit personam. Ergo personalitas dicit

aliquid positivum natura Superadditum; alias non potuisset consumi à Verbo, nihili enim nulla consumitio.

Resp. Dist. ant. Consumit personam improprie loquendo, quatenus scilicet efficit, ne natura humana esset principium totum harum actionum et operationum, con. consumit proprie, adeo, ut entitatem aliquam natura humana Superadditam destruerit, neg. ant. et cons. Pro tanto dicitur Verbum consumissey personam, licet improprie, quia huius unione impeditur, ne humana natura propriam personalitatem haberet, inquit S. Thomas 3. p. q. 4. a. 2. ad 3.

74. Ob. 2<sup>o</sup>. Si personalitas esset idem realiter ac natura, certe in Christo foret etiam personalitas humana. Atqui consequens est contra fidem. Ergo p.

Resp. Dist. seq. maj. foret in Christo personalitas humana velut materialiter, in quantum scilicet est in eo natura humana tota, quae, nisi aliunde impediretur, per se subsisteret sine ullo addito, con. formaliter et quantum ad propriam suam rationem seu connotationem, neg. seq. maj. et sic dist. min. neg. cons. Sic e.g. numerus binarius est in ternario materialiter, non vero formaliter et secundum propriam rationem, quatenus nempe tertium negat unitatem.

Inst. 1<sup>o</sup>. Ex hoc sequeretur, quod in Christo sint dua Subsistentia. Atqui hoc dici nequit. Ergo p.

Resp. Dist. maj. quantum ad materiam seu entitatem, quia nihil deest naturae humanae in Christo, quae per se subsistere non posset, nisi aliunde impediretur, con. quantum ad rationem formalem, neg. maj. Natura enim humana in Christo non habet Subsistentis rationem, cum non connotet suos actus tanquam eorum principium totum et integrum.

Inst. 2<sup>o</sup>. Ergo saltem aliquod esse dua sunt in Christo persona?

Resp. neg. ibat. quia scilicet nomen personae formalem sonat effectum Subsistentia formaliter sumpta, seu quatenus est ultimus natura terminus, eamque reddit alteri tanquam supposito incommunicabilem; humana pars Subsistentia formaliter et secundum propriam rationem spectata in Christo non reperitur, quando quidem humana eius natura sui iuris non est sed alieni, nec propria sed aliena, Verbi scilicet, Subsistentia Subsistit.

Inst. 3<sup>o</sup>. Natura humana in Christo fuit liberissima. Ergo sui iuris,

Resp. dist. cons. Ergo sui iuris ut pars seu pars ut natura considerata, con. in ratione totius, neg. cons. et cons. Natura humana in Christo non est totale et integrum agendi principium, cum operationes Christi non à sola natura humana sed simul à Verbo et natura humana procedant, unde Theandrica, hoc est, divino-humana nominantur.

Inst. 4<sup>o</sup>. Si natura humana ex ipso per se non subsisteret, quo Verbo divino unitur, Verbum quoque per se subsistere desineret, eo quod cum humanitate conjungatur. Abmodum cons. Ergo p.

Resp. neg. seq. maj. et parit. Disparitas est, quia natura humana à Verbo perficitur, non vicissim, et Verbo conjungitur tanquam nobiliori, ut gutta conjungatur Oceano tanquam postantiori: quem admodum autem gutta, non vero Oceanus, rationem suppositi amittit, sic natura humana, non autem Verbum divinum, caret personalitate in Christo.

Inst. 5<sup>o</sup>. Natura humana in Christo vel aliquid amisit vel nihil.   
 In quod dicitur non subsistit: si enim nihil amisit; tunc sicut   
 ante unionem hypostaticam rationem personam habuisset, ita et post   
 unionem illam: quod si rei aliquid amisit; tunc persona ratio est   
 quid positivum natura superveniens. Ergo p.

Resp. Naturam humanam nihil rei amisisse in Christo; sed qua   
 antea fuisse sui juris et completa, per unionem cum Verbo substan-   
 tialem in hoc impedita, jam unum cum Verbo et totale agendi   
 principium facta fuit. Dicendum, inquit S. Thomas loc. cit.   
 quod consumptio persona humana in Christo non importat destru-   
 tionem alicuius, quod prius fuerat, sed impeditorem ejus, quod   
 aliter esse posset. Et certe Natura humana in Christo propriam   
 Subsistentiam seu personalitatem amittere non potuit, quippe   
 quam nunquam habuerit, sed primo statim sua creationis in-   
 stanti Verbo conjuncta seu unita fuit ac per illud subsisterit.

Ob. 3<sup>o</sup>. Inter duo entia completa nulla potest esse unio sub- 75.   
 stantialis. Ergo nisi dicatur, quod Subsistentia sit entitas realis   
 superaddita inter Verbum et Naturam humanam, utpote entia com-   
 pleta, nulla potest esse unio substantialis.

Resp. Dist. ant. Inter duo entia completa tum in ratione perso-   
 na tum in ratione natura nulla potest p. conc. Si unum ex illis   
 sit tantum in ratione natura completum, neg. ant. Natura hu-   
 mana in Christo est tantum completa in ratione natura, non in   
 ratione persona; quia formalis ratio personae in ea non invenitur.

Ob. 4<sup>o</sup>. De una et eadem re affirmari non possunt contradictoria. 76.   
 atqui dicimus Verbum Divinum affirmasse Naturam humanam et   
 non affirmasse personam. Ergo Natura humana et Subsistentia   
 humana non sunt una eademque res; alias de una eademque   
 re affirmarentur contradictoria, scilicet unam eandemque rem   
 a Verbo affirmatam et non affirmatam fuisse.

Resp. Dist. maj. De una et eadem re simpliciter et eodem mo-   
 do sunt affirmari non possunt contradictoria, conc. Diversi-   
 mode sunt, neg. maj. et conc. min. Dist. cons. Ergo Natura hu-   
 mana et Subsistentia non sunt eadem res entitative, neg. for-   
 maliter, conc. cons. et neg. cons. Subsistentia igitur a Natura qui-   
 dem non distinguitur ut res a re; ab ea tamen distinguitur ut   
 connotatio seu relatio vel formalitas alium ac diversum concep-   
 tum terminans.

Ob. 5<sup>o</sup>. Personalitas dicitur complementum Naturae, seu id, quod 77.   
 complet naturam. atqui complementum et completum; seu id,   
 quod complet ab eo, quod completatur, realiter distinguitur, eique   
 velut entitas aliqua supervenit et additur. Ergo, p.

Resp. Dist. maj. Personalitas in ratione Subsistentiae dicitur com-   
 plementum naturae, conc. in ratione natura, neg. maj. et si dist.   
 min. neg. cons. Personalitas quidem dicitur complementum natu-   
 rae, non tamen in ratione natura, ut quae completa jam sit; sed in   
 ratione Subsistentiae duntaxat, per quam scilicet fit sui juris et

P. Cccc  
445

- principium totum et integrum suarum actionum et operationum; qua Subsistentia, si aliunde suppleatur, ut fit in Christo, inde nihil reale aut perfectionis amittit, quin potius perfectior evadit, p.  
 Exercitatio quinta.  
 78. ad Cap. 3. part. 1. Metaphysices. n. 36. et 37.  
 An Causa efficiens creata corpora possit agere in distans.

Status questionis in hoc versatur, an scilicet causa corpora efficiens physica in aliquid à se et à sua entitate distans agere possit non agendo per medium, id est, nihil à se emittendo per spatium interjectum?

79. Conclusio. Nulla causa corpora potest agere in distans. Prob. 1<sup>o</sup> Causa corpora non potest agere, nisi ubi est vel per se, vel per aliquid à se emissum. Ergo non potest agere in distans. Prob. ant. Causa non potest agere, nisi quando est et ubi est, vel per se vel per suam virtutem; eamque corpoream, ut patet; corpus enim non spiritaliter dumtaxat, sed tantum corporaliter agere potest. Ergo p. Prob. 2<sup>o</sup> Omnis actio corporis in aliud corpus solo motu perficitur; inò ea nihil aliud est, quam motus unius corporis in aliud incipientis. Atqui ad talem motum requiritur contactus quidam utriusque corporis sive immediatus sive saltem mediatum scilicet mediante alio corpore. Ergo p. Prob. 3<sup>o</sup> Experientia constat, quòd agentia naturalia habeant determinatas et limitatas suas activitatis Sphæras, hoc est spatium, extra quod ultra agere haud valent. Atqui si daretur actio in distans corporis, tunc nulla daretur in iis activitatis Sphæra; sed quolibet corpus ad quamlibet distantiam agere posset. Ergo p.  
 Solvuntur Objectiones.

80. Ob. 1<sup>o</sup> Basilisens solo aspectu mortem hominibus inferre dicitur, item de quibusdam vetulis narratur, quòd solo visu pueros fascinant. Ergo dantur aliqua actiones in distans.  
 Resp. ad 1<sup>um</sup> Id inter vulgi errores referendum videtur; aut si verum est; Id fit ope venenatorum quorundam effluviis substantialium ex oculis Basilisii emanantium et erumpentium, qua hominem interimunt. ad 2<sup>um</sup> dicendum, id, si verum est, etiam corporaliter fieri ope demonis.  
 81. Ob. 2<sup>o</sup> Bisiis Torpedo dicitur facit obrigescere manuum piscatoris hamis eam capientis. Ergo p.  
 Resp. neg. cons. Nam Torpedo, ut docet B. Kircherus, imitata quædam maligna emittit profluvia refrigerantia, qua per hamum, filum, et arundinem seu virgam ad manum usque piscatoris perveniunt, ad quam refrigerationem deinde sequitur nervorum Stupor et spasmus.  
 82. Ob. 3<sup>o</sup> Vites in vineis dum florent, ebullire faciunt vinum in dolis. atqui id efficere non possunt, nisi per actionem in distans. Ergo p.

C. 2  
 446